Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



124

Sed specialiter hec uerba sicut pertinent ad duos illos
ita generaliter & ad omnes scos. Per ignem autem predica-
tio sancta figuratur: quia corda auditorum ad amorem
dei accendit. Per isto itaq; igne boni proficiunt. mali
uero deficiunt. Unde Paulus dicit. Xpi bonus odor
sumus deo & aliis odor uite in uitam aliis odor mortis
in mortem. Dum enim sancta bona coram ipsis proferunt
etiam nolentes nocent. quia ipsi bona que audiunt
in sui damnationem conuertunt. Dumq; scos prosequuntur
qui sibi uitam annuntiant. hoc igne idem doctrina
que processit de illorum ore deuorantur. quia per contemptu
& persecutione sanctorum digni eternis supplicis agunt.
Et siquis eos uoluerit nocere. ita oportet eum occidi
sententia. scilicet uerbi dei. Vel certe de ore testium
ignis egrediens inimicos eorum interficit. quia
inimicum contrario xpo sentientes atq; in malo
persequentes anathematis fulmine sancta ecclesia percutit.
Quod & si hoc in bonum accipere uolumus. sancta ecclesia
in suis doctoribus igne oris sui inimicos deuorat.
cum uerbo exhortationis & administratione kari
tatis eos ad sui amorem prouocat. ut moriantur inimicitia
& uiuant dilectionis gratia. coacerbatis dilectionis
carbonibus super caput eorum iuxta salomonis sententiam.
Hii habent potestatem claudere celum ne pluat
diebus prophetie ipsorum. Et potestatem habent super aquas
conuertendi eas in sanguinem & percutere terram omni
plaga quociensciumq; uoluerint. Et hoc iuxta litteram
impletum cognoscimus in moyse & helia. quorum unus
aquas nili fluminis conuertit in sanguinem. eo quod